

suæ *etsi*, amplificatio ipsi conueniens adiungatur. v. g. *etsi telonariorum complures vectigalibus ad crudelitatem & auaritiam abutuntur: is tamen ordo, qui recte & ad salutem reipublicæ ea exercet, firmamentum ceterorum ordinum est habendus.* Pari artificio periodus consecutiva etiam ex ea nascetur. *quum vectigalia nondum instrumenta crudelitatis esse solerent: eo tempore ordo ille, qui ea exercet, firmamentum ceterorum ordinum habebatur.*

LXXX.

Veniendum nunc est ad exercita- Accurati-
 tionem difficillimam, quæ, sensu pariter tissima pe-
 ac verbis mutatis, eodem tamen riodi com-
 artificio, quo auctorum aliquis, ita ef- positio ad-
 format periodum, vt ouum ouo simili- ductum
 us esse haud queat. Ante omnia au- auctoris
 ctoris periodus ad formam enunciati- cuiusdam
 onis logicæ & eius quidem breuissima probatif-
 redigenda est, eo videlicet modo, quem simi.
 capite I. §. XXXII. seqq. exposuimus.
 Deinde nuda propositio logica cum pe-
 riodo ad imitationem proposita ita com-
 paranda est, vt in subiecto, attributo &
 copula trium præcipue artificiorum ra-
 tio habeatur, amplificationis scilicet,
 ornatus & compositionis, de quibus
 nos l. c. fuse tractauimus. Hoc vbi fe-
 cerimus, excogitanda est propositio si-
 milis, in quam deinceps amplificatio-
 nes